irrigua. Occulta ab omni huma
na laude. Eccle. xxix. Conclude ele
mosinã in sinu paupis. Math. vi.
Te autem faciente elemosinã ne
sciat sinistra tua quid faciat dex
tera tua. Pura ⁊ sine admixtiõe
zizanie ⁊ rei aliene. Ecclesiastici. x
xxiiij. Qui offert sacrificiũ ex sub
stantia pauperum: quasi qui vic
timat filium in conspectu patris
sui. Irrigua ex intrinseca compas
sione ⁊c. Psalmista. Euntes ibãt
⁊ flebant mittentes semina sua.
Job. xxx. Flebã quondã sup eũ
q̃ afflictus erat ⁊ aĩma mea com
patiebatur pauperi. Tercio ele
mosina comparatur seminacõni
ratione terre seminãde. que non de
bet committi terre peruie ⁊ concul
cate id est malis ⁊ sceleratis qui
sunt demonis peruij ⁊ malis tem
ptationibus occultati. Nec terre
petrose idest superbis in malo du
ratis. Nec terre spinose idest mũ
danis diuitijs locupletatis. Sed
debet committi terre bone id est bo
nis. mansuetis ⁊ egenis. Ysaye
xxxij. Beati qui seminatis super
omnes aquas humectantes pe
dem bouis ⁊ asini. Pauperes aũt
dicuntur aque transeuntes inq̃n
tum discurrũt propter necessita
tem vite. Et dicuntur boues inq̃n
tum portant iugum penitentie. ⁊
dicuntur asini ⁊ iumenta dei: inq̃
tum habent mansuetudinem et
simplicitatem innocentie. Qui g̃
super talem terram seminant: il

li sunt beati.

## Sermo tercius eiusdem

Quod autem cecidit in ter
ram bonam hij sunt qui
in corde bono ⁊ optimo
audientes verbum dei retinẽt ⁊c̃
vbi supra. Postq̃ enim visum ẽ
de semine ⁊ de seminãte: videndũ
est de terre qualitate ⁊ varietate
Terra autem ista duplex est. V
na bona. alia mala. Terra mala
triplex est. Vna est secus viam.
alia est petrosa. alia est spinosa.
Terra secus viam si non claudi
tur efficitur via. Terra spinosa
si non clauditur: efficitur spinis
plena. Terra petrosa si non com
pluitur efficitur nimis arida ⁊ in
modum petre dura. Est igitur p̃
ma que efficitur via. ⁊ significat
luxuriosos qui nullam clausuraz
habent. nec in oculis suis. quia
libenter vident illicita. nec in au
ribus suis. quia libenter audiũt
carnalia. nec in ore suo. quia scili
cet libenter loquuntur scurrilia.
nec in corde suo. quia scilicet libẽ
ter cogitant immunda. Et quia
nullam habent clausuram: ideo
demones frequenter corda eorũ
perambulant. Job decimonono.
Venerunt latrones ⁊ fecerunt si
bi viam per me. Libenter ea con
culcant. Vnde dicitur Ecclesiasti
ci nono. Omnis mulier que est
fornicaria: quasi stercus in via

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0185
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG